



**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no. Maij.**

Jn festo sancti stephani protomartyris. de eodem. Sermo. xxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

## De sancto Stephano. Sermo. XXIII

Omnes letari debemus et spūaliter iocundari: quia ait Leo papa in sermone. Saluator noster hodie dilectissimus natus est: gaudeamus. Neque enim loci fas est esse tristitia: ubi natalis est vite: que consumpro mortalitatis timore ingerit nobis de pmissa eternitate leticia. Nemo ab huius alacritatis participatione secernit. Una cunctis leticie communis est ratio: quia dominus noster mortis peccatiq; destructor: sicut nullū a reatu liberū reperit: ita liberandis oib; venit. Exulter sanctus: quia appropinquit ad palmā. Gaudeat peccator: quia inuitatur ad veniā. Animus gētilis: quia vocatur ad vitam. hec ille. Igitur leti facti sunt celi et ciues celorum. Sic et nos gaudentes referamus grās deo: qui se ipsum dedit parvulū: ut nos magnos faceret in regno celorum: in quo vivit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

In festo sancti Stephani p̄homartyris de eodem. Sermo. xliij.  
Stephanus Iesuy videns. Fructus. xliij



### Video celos

apertos et Iesum stantē a dextris sicut dei. Act. viij. In tribulatione positus ac laborantibus dilectissimus in xpo Iesu pro diuino amore non deest auxiliū sue gratie: qua fit ut quecunq; ardua et difficillima nō solū moleste: sed iocunde et equo animo ferat. Nihil enim morte terribilius. Hāc tamē amici dei cū opus fuit passi sunt pro gaudentes: Et nemulorum exēpla referamus: proponitur exēplū de p̄homartyre: qui i etate floridissima lapidationis martyriū patientissime tolerauit. Cui cū ex debito cogamur honores deuotum exhibere: ut possim suffragio ipsius sue sanctissime vite esse imitatores: de ipso in presenti sermone dicturi sumus sub vno fructu: qui est Stephanus Iesum videns: sicut dicit in thesmate. Video celos apertos etc. In quibus sanctissimus d̄bis tria principalia pri-

uilegia beati Stephani notabimus.

Primum dicitur gratie.

Secundū victorie.

Tertium glorie.

In Stephano fuit gratia. Cap. s.

Primum p̄uilegiū dicitur gratie: de quo dicitur Act. viij. Stephanus autē plenus grā et fortitudine faciebat signa et prodigia magna in populo. Nā cū tria sint peccata prima: que ad cetera reducuntur: videlicet superbia: auaricia: luxuria. Pro quibus dicitur. s. Job. ij. Omne quod est in mundo: concupiscentia carnis est: et concupiscentia oculorum: et supbia vite: necessarius est unicuique laborare ut ab his non superet: quinimo vincendo contrarias sequat virtutes. Quod esse nullo modo potest sine diuina gratia sicut docet Aug. in lib. de correptione et gratia: et in libro de predestinatione sanctorum: et in enchiridion. Deus autē benedictus unicuique laborare volenti et facere quod in se est: hanc gratiā libere largitur: adeo ut nullus de propria negligentia conqueri possit. An Lyprianus in epla ad dñm ait: Perfluens largitur spūs: nullis finibus premitur: nullis metarū spacijs frenatur: Admanna iugiter eruberat affluenter: Nostrū pectus tñm sitiatur pateat. Quātum illud fidei capax offerimus: tātum inundantis gratie haurimus. hec ille. Quod clare percipimus in beato Stephano xpi p̄homartyre dilectissimo: qui grā diuina superauit p̄fata peccata: et obtinuit in se tres solēnes virtutes: videlicet

Prima est virtus humilitatis.

Secunda est virtus paupertatis.

Tertia est virtus castitatis.

Prima virtutē quā obtinuit beatus Stephanus dicitur humilitatis in honore sibi ab ecclesia exhibito. Et enim docet scriptura Act. viij. ipse nō fuit vltimus: immo primus et septē diaconibus ab apostolis ordinatis in ministerio. Cū em esset maxima multitudo credentium: que in dies crescebat. xij. apostoli decreuerūt eligere septē qui poss-

Prima est virtus humilitatis.

Secunda est virtus paupertatis.

Tertia est virtus castitatis.

Prima virtutē quā obtinuit beatus Stephanus dicitur humilitatis in honore sibi ab ecclesia exhibito. Et enim docet scriptura Act. viij. ipse nō fuit vltimus: immo primus et septē diaconibus ab apostolis ordinatis in ministerio. Cū em esset maxima multitudo credentium: que in dies crescebat. xij. apostoli decreuerūt eligere septē qui poss-

## De sancto Stephano.

sent preesse ministratiōi temporali: vt  
 ipst possent liberius vacare verbi diuini  
 predicatiōi. Et elegerūt Stephanus  
 plēnū fidei et spūctō. et Philippum: et  
 Prochorū: et Nicanorē: et Thimonem: et  
 Parmenā: et Nicolā aduenam antio  
 chēnū. In quo honore nulla elatione  
 Stephanus intumuit: sed in cunctis  
 se humilē exhibuit. **¶** Scōda virtus di  
 citur paupertatē. Nā de eo dicit Act. vj.  
 qd fuit plenus fide. **¶** In Aug. ait: Qui  
 de deo verā fidē hnt: nō cupiunt in his  
 miseris diuites fieri. Et sic p̄z quātū  
 ad secūdā virtutē. **¶** Tertia dicitur castitatē.  
 Nā de eo dicit qd fuit boni testimoni  
 et mūdissime fame. Et qd pleriqz sua vo  
 lūtate in pctis cōmōrēs excusatiōē  
 suscipiūt dicētes nō posse stuose viue  
 re: qd ipse dñs suā grāz dnegat: nos itel  
 ligere debem⁹ qd ex fonte illo inundā  
 tissimo diuine bonitatis vnusqzqz gus  
 stare potest si velit. Et qd qui mali sunt  
 nolūt qd in se est facere: ideo gratiam  
 diuinā participare nō pnt. Inq̄t enī  
 Euidi⁹ in lib. de causis: qd p̄ma cau  
 sa inest oibus reb⁹ s̄m dispositionem  
 vnā: nō tñ oēs equaliter accipiunt: sed  
 tñ s̄m dispositionē suā. Quo fit vt ali  
 qui recipiant de grā quātū eis suffici  
 at ad salutem: vt sunt illi qui in chari  
 tate obseruant diuina mādara: alij hō  
 aīo feruētiores perfectiōis opa aggre  
 dientes amplect copiose grā diuinā  
 impetrāt. Nō enī potuissent perseuera  
 re in deserto antoni⁹ magn⁹ hilarion:  
 Paulus p̄imus heremita: et alij de q̄  
 bus dicitur in vitis patrū: nec etiā mar  
 tyres tā immanes ferre cruciatus dur  
 rasqz penas: si gratia dei illis non suc  
 currisset. Non potuissent in etate sua  
 tam florentissima supportare et calca  
 re mundi superbiam: spernere mundi  
 diuitias: paruipēdere vanas delicias:  
 et humiliter ac caste sequi xpm in pau  
 pertate: si non fuissent adiuti grā dei.  
 Et si obicitur qd gratia non potest esse  
 maior: in vno qd in alio: potest ad hoc  
 responderi per Aug. dictū ad Darda

num. In quibus habitat de⁹ nō equa  
 liter habitat. Et idē ad Bonifaciū. Tri  
 pliciter gratia meret augeri. Que ver  
 ba exponēs Alex. in. iij. q. lxx. mē. iij.  
 ar. ij. dicit: qd maius et minus in formis  
 spūalibus nō dicitur sicut in formis cor  
 poralibus: qd s̄m Aug. de quantitate  
 aīe in formis materialibus dicitur maius  
 minus s̄m quātitatē dimēsiuā: in for  
 mis aut spūalibus s̄m quātitatē vtua  
 lem. Redētes ergo ad nostrū propo  
 situm dicimus qd non est inconueniens  
 bonitati diuine quibusdā copiosus do  
 num gratie concedere: cū et deus nul  
 li denegeret: vt dictum est qd est ad salu  
 tem necessariū. Sic enī oēs iudei here  
 tici infideles et mali xpiani in hoc secu  
 lo existentes vellent gratias dei: facile  
 possent eam obtinere. Habiuit eam ste  
 phanus et estimauit ac magnifice pres  
 cium illius appreciāuit.

**¶** Qd in stephano fuit victoria. Cap. ij.

**¶** Secūdū priuilegiū: in quo  
 relucet diuinū adiutorium  
 beati stephani dicitur victo  
 rie. **¶** Mos enī maloz est bo  
 nis persecutiōē inferre: qd  
 s̄m p̄boz sententiam: contraria simul  
 stare nō possunt: sed mutuo se expel  
 lūt: s̄m qd Aristo. x. meta. docet in pre  
 dicamentis: siue fuerint contraria pri  
 uatiue siue positiue: sicut calidum nō  
 stat cum frigido: nec album cū nigro:  
 nec tenebra cū lumine. **¶** Nūq̄ aut  
 malis contrarij sunt: eos cedūt et mole  
 stant: et importune persequunt. **¶** Unde  
 xxiij. q. iij. c. Qui s̄m carnē ait **¶** Hiero.  
 Qui s̄m carnē natus est persequēbas  
 spūales. **¶** **¶** Dismael et Isaac. Nūq̄ aut  
 spūalis carnalē persequit. Quod patz  
 etiā per beatū Hiero. in epitaphio san  
 cte Paule. **¶** Semp virtutes persequit  
 inuidia ferūtqz summos fulgura mō  
 tes. **¶** Item sancti oēs emulos habue  
 runt. In paradiso quozqz serps fuit:  
 cuius inuidia mors intravit in orbem  
 terrarū. Et vt de oibus taceā: domin⁹  
 noster iesus xps phariseoz inuidia est

crucifixus. Et ne multorum exemplar: quod sunt innumerabilia replicem: ecce in proposito est stephanus leuita: contra quem insurrexerunt viri iniqui impij que rentes sibi mortem inferre triplici bello interueniente.

Primum dicitur de disputatione.

Secundum dicitur de accusatione.

Tertium dicitur de dominatione.

Primum prelium fuit disputationis: quod insurrexerunt quidam de synagoga: qui appellabatur libertinorum. a regione sic nominatorum secundum Nicolaum de lyra: et cyrenensem a cyrene ciuitate: et alexandrinorum ab alexandria metropoli egypti: et eorum qui erant a cilia et asia: que sunt regiones proprie iudee. In quo prelio datus est sibi spiritus sanctus: qui sibi facultatem ministravit secundum christi promissum. 2u. xxi. Ego dabo vobis os et sapientiam: cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarij vestri. Ideo aduersarij stephani non poterant resistere sapientie et spiritui qui loquebatur. Secundum prelium dicitur accusationis: quod videtes iudei quod per primum modum eum non superassent: callide submiserunt duos falsos testes: qui eum in iudicio accusarent. Et venerunt et accusauerunt eum dicentes stephanum blasphemasse deum et moysen et templum et legem. In quo prelio affuit sibi diuinum auxilium: quod intruentes in eum omnes qui erant in consilio: faciem eius viderunt tamquam faciem angeli. Tunc est subsequuta victoria: quia de omnibus sibi obiectis ipse se clarissime purgavit magnificando deum: et moysen et legem et templum. De deo dicit eum qui locutus est patribus et prophetis deum fuisse gloriosum. De Moysese: quod amicus dei fuerat. De lege: quod fuerat a deo data. De templo: quod fuerat ex precepto dei constructum. Tertium prelium dicitur de dominatione. Nam cum stephanus fuisset multa rationabiliter locutus: emuli sui non valebant respondere. et audientes que dicebantur dissecabantur cordibus suis: et stridebant dentibus in eum. Ecce autem statim brachium domi-

ni auxiliium suggerens stephano: qui in tali prelio prospiciebat sibi imminere periculum mortis. Nam intendes in celum vidit gloriam dei: et ait: Ecce video celos apertos: et iesum stantem a dextris virtutis dei. De ista apparitione dicit sancti doctores: quod stephanus autem vidit oculis corporali aut mentali. Si corporali tria mirabilia sunt subsequuta. Primum est quod vidit celos apertos. Quod secundum Nicolaum de lyra est intelligendum non quod celi fuerunt aperti et diuisi: cum sint incorruptiles: sed quia sic clare vidit: ac si nullum fuisset obstaculum intermedium. Secundum mirabile est: quod vidit iesum in gloria patris: cum secundum naturam impossibile sit ut corpus glorificatum ab oculo corporali non glorificato in sua gloria possit videri. Tertium mirabile est: cum corpus christi sit in celo empyreo: videndo ipsum vidit ultra celum aereum sydereum et crystallinum. Impossibile est autem secundum naturam: ut oculus corporalis in tanta distantia possit videre. Si autem vidit oculis mentali: tunc factum est ut mens eius esset adeo illuminata ad noticiam glorie dei: et domini nostri iesu christi filij sui: ut nihil aliud posset vel velle vel desiderare: nec mortem quam omnes fugiunt velut sibi nociuum timere. Quod ostendit. Iudei enim cum audissent eum talia dicentem: controuerunt aures suas. secundum gloriam. ne audiret blasphemiam: et sic ex malicia sua estimantes eum blasphemum: non esset: eduxerunt eum extra ciuitatem et lapidabant et testes deposuerunt vestimenta sua: ut celeriter interficerent eum ad pedes adolescentis qui vocabatur Saulus: qui postea Paulus fuit. Ipse vero lapidatus vulneratus: cruore perfusus non dicebat: Heu me dolentem: non heu me iuuenem: non dicebat heu me: quia mortis or sine causa: non dicebat heu me: quia relinquo mundum. Heu me quia relinquo amicos morte percussus. Sed quod dicebat: Domine iesu accipe spiritum meum: et ne struas illis hoc peccatum. Quo dicto obdormiuit in domino. Tunc gloria ait:

## De sancto Stephano. Sermo XXIII

Pulchre dictum est: obdormiuit in domino: et non mortuus est: quia obtulit sacrificium dilectionis: et obdormiuit in spe resurrectionis.

**¶** In Stephano fuit gloria. Cap. iij. Tertium privilegium beati stephani: in quo relucet diuinum adiutorium dicitur glorie. Naz vt ait ps. cxy. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Quod in Stephano verificatum est: qui triplicem gloriam adeptus est.

Prima dicitur specialis honorationis.

Secunda dicitur miraculorum operationis.

Tertia dicitur plene beatificationis.

Prima gloria quam consecutus est beatus stephanus dicitur specialis honorationis. Est enim in ecclesia dei inter martyres primus: et eius festum post natiuitatem domini celebratur. Et nota quod de beato stephano fit duplex officium vel festum scilicet inuentionis: et passionis. Inuentionis eius anno domini quadringentesimo septimo. et anno sexto Honorij principis narratur fuisse. Euidam enim presbytero Luciano in territorio hierosolymitano feria sexta in stratu suo quiescenti cum pene vigilaret: quidam senex statura procerus: vultu decoratus: plura barba: pallio candido amictus: in cuius summitatibus erant tanquam auree cruces cointertexte: calciatus caligis: in superficie deauratis apparuit: qui virgam auream manu tenens tetigit eum dicens: Patefacito diligenter tumulos nostros: quia indecenter recoditi sumus: et despecto valde loco: et referta hoc episcopo hierosolymitano Johanni. Cui Luciano dixit: Domine quis es? Et ille. Ego sum gamaliel qui Paulum apostolum enutriui: eumque docui legem. Qui autem mecum iacent est sanctus stephanus: quem lapidatum in meo tumulo nouo collocaui. Alius est Nicodemus nepos meus. Et alius Abibas filius meus. Quo dicto sanctus Damaliel disparuit. Cum autem prefatus Luciano iussa eius differret implere: iterum apparuit ei. Dixitque Ga-

maliel. Quare neglexisti que tibi dixeram? Qui dixit: Pater non neglexi: sed oravi si hoc a deo esset: mihi secundo appareret feria sexta sequentis hebdomade. Post hoc autem Luciano abiit ad episcopum: narrauitque ei cuncta per ordinem. Pergunt igitur cum alijs episcopis ad locum Luciano ostensum: inuentique sunt sanctorum reliquie et in ecclesia montis syon sunt reuerenter collocatae. De hac inuentione loquitur Beda in chronica sua. Corpus vero sancti stephani est delatum constantinopolim. Quod tamen tempore Theodosij imperatoris rome est delatum: et in sepulcro in quo iacet sanctus Laurentius fuit etiam conditum. Inuentio autem fuit eadem die et in ecclesia celebratur. Festiuitas autem mutata est post natiuitatem domini: quia solennius agebatur festum de eius inuentione quam de passione. Ideo festum de passione post natiuitatem domini ab ecclesia celebratur: et propter reuerentiam natiuitatis domini: et quia passio eius maior: et dignior est quam eius inuentio. Secunda gloria quam assecutus est beatus stephanus dicitur miraculorum operationis. Dicit enim Augustinus de ciuitate dei. c. viij. beatus stephanus innumeris miraculis conuulsasse: et multosque a varijs languoribus liberasse: de quibus diffusius loquitur ibi Augustinus. Tertia gloria quam beatus stephanus assecutus est: dicitur plene beatificationis. Hanc habet in regno celorum deum clare videndo tenendo atque fruendo. Ibi factus est in pace locus eius. Ibi possessionem habet opulentiam: et plenam quibuslibet bonis. Ibi possidet aureolam que datur martyribus: doctoribus: et virginibus. Sic itaque audiuius stephanum laborantem: intelleximus eum christum adiuantem: ipsum vero vincentem: eumque nunc gloriosum colimus in regno celorum: in quo christus ipse benedictus vivit et regnat cum omnibus sanctis suis per infinita secula seculorum. Amen.

**¶** In die sancti Johannis euangeliste:

# De sctō Johāne euāgelista. Ser. XXV

de eodem.

Sermo. xxy.

¶ Iesus Johāne diligit. Fructus. xxy.



## Dilectus me

mibi et ego illi. Cant. ij. In collegio sanctorum ce-  
li magna gloria possidet  
Johannes euangelista  
cuius laudes vix lingua exprimere suf-  
ficiat: quoniam ex omni parte virtutum suarum  
preconia superabundant. Veruntamen quod  
hodierna die ecclesia ipsius festum cele-  
brat: nos deuotione qua poterimus de  
ipso verba facturi sumus: dicemusque  
quod dilectus atque charus fuit domino nostro  
iesu christo sub vno fructu: qui est. Iesus  
iohannes diligit. Quod in propositis  
verbis exprimitur: cum de ipso christus di-  
cit: Dilectus meus etc. In quibus verbis  
tria mysteria huius ardentissime dile-  
ctionis erunt nobis contemplanda.

Primum dicitur rationis.

Secundum dicitur ostensionis.

Tertium dicitur conclusionis.

¶ Quod rationibus probat iohannes a christo  
singulariter fuisse dilectum. Cap. iij. s.

¶ Rationis mysterium dicitur rationis.

In quo contemplari libet  
cur christus filius dei iohannem  
euangelistam ita dilexit.

Respondetur de ipso sin-  
gulariter dicitur quod fuerit dilectus disci-  
pulus iesu. Nam Job. xij. habet: Erat  
recubens vnus ex discipulis eius in sinu  
iesu: quem diligebat iesus. Et Job. xx.

¶ Venit ad simonem petrum et ad illum disci-  
pulum quem diligebat iesus. et. xij. c. Con-  
uersus petrus vidit illum discipulum quem  
diligebat iesus sequentem. Augustinus

super hoc verbo ait: Seipsum dicit disci-  
pulum quem diligebat iesus: quia ipsius  
pre ceteris familiaris diligebat. De  
hoc etiam cantat ecclesia: et sumit ex di-  
ctis venerabilis Bede. Hic est iohan-  
nes qui privilegio amoris precipui ce-  
teris altius a domino meruit honorari. Et  
dicimus quod triplici ratione christus ita dili-  
gebat iohannem.

Primo ratione fraternitatis.

Secundo ratione etatis.

Tertio ratione virginitatis.

¶ Primo eum diligebat ratione fraterni-  
tatis: quod erat sibi frater ex eadem stirpe  
natus. Nam ut colligitur ex dictis san-  
ctorum patrum: Anna tres filias habuit:  
scilicet mariam matrem domini: et mariam iacobi  
bi: et mariam salome. De maria iacobi  
geniti sunt iacobus minor: Simon  
chananeus: Judas thadæus: qui fue-  
runt apostoli: et ioseph qui cognomi-  
natus est iustus. De maria salome nas-  
tus est iacobus maior: et iohannes euā-  
gelista. Unde beatus franciscus de mayo-  
ris: colligitur hec veritas: quod iohan-  
nes euangelista habuit triplicem germa-  
nitate ad christum: pro eo quod mater domini ha-  
bebat tanta germanitate sola ad filium  
suum: quantum habet pater et mater in alijs  
eo quod corporalem substantiam totam filio  
suo dedit: in qua germanitas radicatur:  
eo quod de substantia virginis christus fuit  
totaliter formatus. Et ideo tantum fuit  
ei germanus beatus iohannes ex pre-  
solius matris: quantum si christus fuisset ex  
utroque parente. Et si dicatur non est verum  
quod christus magis dilexerit iohannem quam ali-  
os apostolos. quod Job. vi. christus dixit petro:  
Simon iohannis diligis me? Et ipse:  
Tu scis domine quod amo te. Et christus magis dili-  
git eos qui eum magis diligunt. Ergo  
magis dilexit petrum quam iohannem. Quod  
etiam ex textu apparet: quod petro commisit  
ecclesiam gubernandam. Ad hoc dicere  
possumus beatus augustinus super Job. quod est di-  
lectio in signo exteriori: et est dilectio  
in effectu interiori. Si loquamur de di-  
lectione primo modo: magis diligebat  
iesus iohannem quia maiorem ei exhibe-  
bat familiaritates. Si autem quantum ad  
effectum interiorum qui est effectus gratie:  
sic diligebat petrum: quia maius munus  
gratie ei exhibebat. Et hec est ratio quare  
per iohannem et petrum duplex vita  
significatur. Per petrum vita actiua qua  
transit: per iohannem vita contemplatiua  
que permanet. Unde petro dictum est. Be-